Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. OFF. Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Ave virgo virginum. Deo gratias. Salve domina mundi sancta parens eximia puerpera regem qui celum terramque regit in secula seculorum. Amen. Omnes tuum adiuvamen qui te celebrant tuam commemorationem. Alia. Concede nos famulos tuos. Lectio libri sapientie. Fortitudo et decor indumentum eius et ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapiente: et lex clemencie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue: et panem ociosa non comedit. Surrexerunt filii eius et beatissima predicauerunt: uir eius et laudabit eam. Multe filie congregauerunt diuicias: tu super gressa es universas.

Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit uiscera factus homo. Alia. Sancta dei genitrix virgo semper maria intercede pro nobis ad dominum iheshum xpm. Alleluia. Virga aaron florauit virgo deum et hominem genuit pacem deus reddidit iuse reconcilians ymo summis. Allo qpe. Secm Luca. Loquente iheshu ad turbas extollens quedam mulier uocem de turba dixit ad iheshum.